

II. fol. 41. succedit Tractatus de Cognitione, ut videtur, Sui ipsius abruptus cum quinta Columna. Ejus initium est: *Loquar ad dominum meum cum sim pulvis et cinis. Omnium humanorum meritorum principia sunt intellectus et actio theoria et praxis. &c.* Puerilibus repetitionibus verborum et gradationibus indulget autor. Praeterea mendis scatet Textus. Ita *arbores fructificant auricdalas et ductiles, lege, amygdala et dactylos.*

Codex.

Diu multumque renisus — non uelut pertinaciter durus extiti sed propriae impossibilitatis admonitus distuli.

Sine ulla deliberatione susciperemus Dicendum foret perpendere

Quod juberetis accederem

Et ignorantia sua consequenter

Viderat quaerat

Inmubilanda cognosceret

Nihil dicat — praecipitabit.

IV. fol. 91. Joachim ad fratrem Ranerium (de Pontio) depositio super prophetas. Puta solum Isaiam. Et hunc Commentarium Joachimi Abb. jam recensui Vol. I. P. I. col. 279. una cum Figuris, quae desunt in praesenti Exemplo. Initium, ut ibi: *Si ad hoc rotarum mysterialium centrum &c.* Textus non minus mendis scatet, quam, quae mihi objacet, Editio Veneta 1517. 4. licet Brevi Pontificio et Privilegio Ducali muni-

III. fol. 43. *In dei nomine summi opificis. Incipit prefacio libri prosperi de contemplatiua uita, et ad calcem: Expliciunt libri prosperi. Retuli hosce Libros III. Vol. I. P. I. col. 999. et bis hoc etiam Vol. vero Autori suo Juliano Pomerio Afro restitutos; atque in praesenti Codice prorsus ita se habent, ut ibi, nisi quod Lectio magis variat, ut e Collatione cum edit. Paris. 1711. f. in qua Prosperi Operibus accedunt, liquet. Dabo specimen vel e solo Prologo.*

Editio.

Diu multumque renisus sum — non uelut pertinaciter durus, sed propriae impossibilitatis admonitus

Sine ulla deliberatione susciperem Dicendum foret expendere

Quod juberetis accedere

Et ignorantiae suae consequenter

Viderit quaerat

Illuminanda cognosceret

Nihil dicit — praecipitat.

ta. At fortasse nullibi magis innoxia sunt menda, quam in ejusmodi Vaticinatoribus, quorum etiam Textum emendatissimum non intelligas.

CCXXIV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. U. 34 Folior. 453. f. currente calamo perscriptus, rubricis enotatus, et teste anteriore Theca Collegio ducali Vien. suprema voluntate reli-

relictus a *M. Thoma Haselbachio* hoc rubro est: *Incipiunt additiones super postilla biblie Magistri Nicolai de lyra edite a R. patre Magistro paulo Episcopo Burgenfi in sacra pagina professore quas venerabili viro Alfonso legum doctori Decano Compostellan. filio suo ex legitimo matrimonio suscepto direxit premittens ei prologum sub hac forma. Tres filios habuit Salomon Levi Hebraeus Hispanus, quibuscum christianam fidem amplexus a. 1390. dictus est Paulus. Serio Hominem egisse, argumento sunt munia gesta Episcopi Burgenfis et Archicancellarii Castellae et Legionis, et magis Opera scripta Scrutinium Scripturarum et Additiones nostrae &c. quas a. 1429. absoluit. Adi de eo Autores, quos excitat Fabricius *Bibl. med. Lat. L. XV. v. Paulus*. Init Prologus noster legi dignissimus: *Quid tibi vis ut uiuens donem dilectissime fili &c.* Laudat in eo *Lirani Postillas*, addens: *quia tamen nullum opus humanum adeo perfectum est, quin ei superaddi aliquid possit — expedire putavi aliquibus in locis aliquid additare, in illis permaxime, ubi sanctorum doctrinas aliquatenus pretermittas conspexi.* Meminit grato animo defuncti Regis *Henrici III.* quem *Curriculum* non tantum Codex noster, sed etiam *E. d. i. t. a. m. e. n. d. o. s. e. c. o. m. p. e. l. l. a. n. t.* Extant enim *Additiones Pauli* in Bibliis glossatis, puta *Lugd. 1545.* si ipsi *Lirani Postillis* per partes subiectae, neque eae solum, sed *Repliae* etiam *Matthiae Doring* seu*

Tburingii O. M. ejusdem *Sec. Scriptoris*, in quibus *Burgenfis* Opus impotenter *Postillae Corruptorium*, suum vero *Correctorium Corruptorii* adpellat, rogatque, ut si dixerit *Burgensem delirare*, non recipiatur, ut *blasphemia*, sed *ad literam*, quod *delirat*, quia *cum lira non concordat*. Duo *jocularem* *Hominis bilem* movisse credas, cum quod *Paulus* ausus est *Liranum* *Instituti Franciscani* *Sodalium* tangere, tum quod *Thomae Aquinati* multum innititur. Atqui ille e *Thomae* *lectione* de *Veritate Religionis christianae* convictus fuit. Verum haec obiter. Codex noster, qui omnes *Pauli Additiones*, earumque *Haegya* completitur, fol. 250. p. 2. post *Psalterium* hanc notam miniatam exhibet: *Basilee in Concilio Generali ultima decembris. 1435.* Multum desudasse in hoc *Conventu Librarios*, atque hoc beneficio *Codices* magno numero in *diversas Europae* partes ablatos fuisse, variis exemplis doceri possit.

CCXXV.

Codex membraneus lat. Sec. E. XIV. Folior. 246. quae tamen altera pagina intacta sunt, f. max. magni olim *Eugenii Sabaudici*, exhibet splendidissimum in *S. Biblia* Opus, cujus haec est ratio. Praemissa *Dei* sedentis, gremioque *Globum* *terraqueum*, quem *circino* metitur, tenentis *icone* a *quatuor angelis* *circumdata* succedunt *Picturae orbiculatae Pentateuchum, L.L. Josue, Judicum, Ruth,*